Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8319
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ita de aliis sedibus prosequitur dicendum Consequenter Cum igitur
homo sit actualiter ex natura superiori intellectuali et inferiori corporali
compositus tunc in natura superiori ordinem hierarchicum per gradus po-
tentie explicatum puta virtutem illam que est propinquissima cor-
porali nature et illam que participat de natura separatorum intel-
lectuum et mediam ut sic virtus ordinis modo quo potest in ea parte
resplendeat ita et corporalis natura est omnia in suis gradibus ut sic
contractus humanitatis intellectualis suprema et corporalis infima atque me-
dia explicata sit virtus ordinis humanalis Supremus gradus
ordinis humanitatis est medietas qua homo potest velut admirata vir-
tute et karitate ad fontale principium vite Illam virtus divina
que dat omni esse intellectuale dat virtute intellectuali nature
gustandi vitam veram in radice et fonte perhennitate et ob hoc
omnis natura intellectualis quiescat in apprehensione veri tunc
et ita in deo qui virtus Unde cum motus desiderii spiritus sit de sua
natura ad centrum vite deum tunc quia est liber motus et admixtus
potenciis in corpus et mundum commissis hinc est debilis in actuali vir-
tute motus sui desiderii cum sine adiutorio inferiorum potenciarum
non possit poni in actu et ob hoc in motu suo varie fluc-
tuat Illam quoque impellit ut spiritualiter ad celestem via caritate
pergat et hic impulsus est a spiritu bono ad deum commisso quia
commissus continet, et cuius contrarie quando spiritus in mundum
pergit instinctu maligni hoc agit Varii autem sunt motus
a mundo versus veritatem pacem et quietem licet omnes in virtute
motus caritatis includant Unde quilibet motus a quadam virtu-
te vivat ut sic administratorius spiritus qui talibus motibus divinis
presint nostrum spiritum adiuvet et conducat Et ita nos instruit Christus